

- οὐ τοῦτο γὰρ τοῦ εἶδέναι ὄρος, οὐ τοῦτο μόνον δεῖγμα σοφίας, ἀλλ' ἔστι καὶ σιωπῶντα σοφώτατον εἶναι καὶ πολλὰ ληροῦντα ἀνοητότατον εἶναι. ἢ τί οἶει
- V 10<sup>v</sup> τοὺς πολλὰ νῦν γράφοντας φύρδην τε καὶ ἀκαίρως πάντα συνείροντας τῶν μεγάλων ἐκείνων καὶ σοφωτάτων ἀνδρῶν, ὧν οὐδὲν μένει παρ' ἡμῖν σύγγραμμα, τούτῳ αὐτῷ σοφωτέρους εἶναι; πολλὰ μὲν τ' ἂν ἄξιον ἦν ἡ τόλμη 6 καὶ τὸ θράσος καὶ τὸ περὶ πάντα ἀναισχυντεῖν· οὐκ' ἔστι τοῦτο, οὐκ' ἔστιν.
- B 7 οὐτ' ἐγὼ διὰ τοῦτο Ὑπερείδου καὶ Δημοσθένους δεινότερος ῥήτωρ, ἀπειὴ τὸ βλάσφημον, οὔτε Πλάτωνι ἀμαθίαν ἐγκλητέον, ὅτι μὴ ἐν γράμμασι τὰς ἐπιστήμας παρέδωκεν. ἀμαθοῦς γὰρ ἂν εἴη τῷ ὄντι καὶ μοχθηροῦ ἀνδρὸς ἡ περὶ τε αὐτοῦ περὶ τε τῶν ἄλλων προγόνων καὶ πατέρων ἡμῖν πάσης σοφίας γεγεννη- 10 μένων ἐκ διαδοχῆς καὶ τῆς ἀπὸ φωνῆς παραδόσεως τοιαύτη δόξα καὶ ἔννοια.
- 9 Ἔστιν ἄρα καὶ Δημοσθένης καὶ Ὑπερείδης καίτοι μηδὲν περὶ ῥητορικῆς γεγραφότες τῶν λόγους αὐτὴν παραδόντων ῥητορικώτεροι. καὶ Πλάτων μὴ περὶ ἐπιστημῶν συγγεγραφώς τῶν συγγραφῆ παραδόντων ἢ σοφώτερος ἢ τὸ μετριώτερον μὴ ἀμαθέστερος δύναται ἂν εἶναι. εἰ δὲ καὶ Ἀριστοτέλους 15 τὰ συγγράμματα ὥσπερ νῦν ἔνια οὕτως πάντα ὑπὸ τοῦ χρόνου ἀπώλετο, ἔμενε δὲ μόνον καὶ πάντα τὰ Θεοφράστου, καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς περὶ τε πάντων, περὶ ὧν καὶ ὁ καθηγητῆς, πλατύτερόν τε περὶ ἀπάντων ἐγεγράφει πολλὰ καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ ἄξια τοῦ παντός προστιθεὶς ἔτι δὲ καὶ πάνυ τοι εὐφραδέστερον Ἀριστοτέλους συγγεγραφώς, ὅθεν καὶ Τύρταμος καλούμενος πρότερον τὴν 20 Θεόφραστος ἔσχεν ἐπωνυμίαν διὰ τὸ θεῖον τῆς φράσεως καὶ τὸ κάλλος τὸ ἐν τοῖς λόγοις, διὰ τοῦτ' ἂν αὐτὸν προὔτίθεις Ἀριστοτέλους, κάκεινον μὲν τοῖς ἐξ ἀμαξῶν ἐβαλλες, τοῦτον δὲ ὑπερεπῆνεις; ἀλλ' οὐκ ἂν τὰ εἰκότα ἐποίεις, καίτοι τοῖς ὁμοίοις ἐπιχειρεῖν καὶ τότε κατ' Ἀριστοτέλους δυνάμενος. ποῦ γὰρ περὶ διαιρέσεως λόγων, ποῦ περὶ διαλεκτικῆς καὶ λογικῆς, 26 ποῦ περὶ τῆς τῶν ὄντων φύσεως Ἀριστοτέλης εἴρηκεν ὥσπερ Θεόφραστος, εἶπες ἂν, οὐδὲν ὁμῶς λέγων· ἐπεὶ τοι καὶ Κικέρων, ὁ τῆς Λατινικῆς φωνῆς κοινῇ ψήφῳ πάντων Ῥωμαίων πατὴρ γεγονώς καὶ εἰς τοσοῦτο κάλλους αὐτὴν
- V 11 προενεγκῶν, εἴ τιτι τύχη, οὐ γὰρ ἂν ἦν ἀδύνατον, μὴ τὰ περὶ τέχνης ῥη- U 11<sup>v</sup>τορικῆς συνεγράψει, οὐ διὰ τοῦτο Κυντιλιανοῦ ἦν ἂν ἤττων πολλοῖς βίβλοις 30 περὶ τῆς τέχνης συγγραψαμένου.

Κεφ. γ' "Ὅτι οὐ μόνον οἱ ἐξ Ἀκαδημίας, ἀλλὰ καὶ οἱ ἐκ τοῦ Περιπάτου τὴν τελεωτάτην ἐπιστήμην Πλάτωνι ἀπονέμουσιν.

- 3, 1 Καὶ ταῦτα μὲν τοιαῦτα τῆς ἀδίκου συκοφαντίας δείγματά τε καὶ ἱκανοὶ ἐλεγχοί. ἐγὼ δὲ καὶ τὴν τῶν ἐνδόξων τε καὶ σοφῶν πάντων κρίσιν καὶ μαρ- 35 τυρίαν κοινήν περὶ Πλάτωνος, εἴτε Ἑλλήνων εἴτε Ῥωμαίων, καὶ Ἑλλήνων B 7<sup>v</sup> τῶν τε Ἀκαδημαϊκῶν καὶ ἀπ' αὐτοῦ Πλατωνικῶν κεκλημημένων, τῶν τε Περι-

2 οἶει U V εἴη B M | 31 συγγραψαμένου] U<sup>x</sup> add. in marg. ἢ καὶ αὐτοῦ τούτου τοῦ Πλάτωνι λοιδορουμένου, ὅτι τὰ Ἑρμογένους περὶ ῥητορικῆς καὶ ἰδεῶν λόγον ἄγνωστα Λατίνοις ὄντα ἐρμηνεύσας ὡς ἴδιον σύγγραμμα Λατίνοις παρέδωκεν. οὐ γὰρ ἂν οὐδ' αὐτὸς εἰς τοσοῦτον μανίας ἐλάσειεν, ὡς τοῦτο πιστεῦσαι. καίτοι Πλάτωνος ἑαυτὸν προτιθεὶς,

aut Hyperidis aut Aeschinis aut Andocidis aut Lycurgi aut alterius similis oratoris satis digne iudicare orationem possemus, quamvis illi nihil de arte, ex arte vero vel parum vel nihil scriptum reliquerint. Neque enim hac una re doctrina describitur, neque hoc tantum eruditionis testimonium est, 5 sed fieri potest, ut et qui tacet doctissimus sit, et qui multa aut loquitur aut scribit, rudis atque indoctus. An tu existimas eos, qui nostra aetate permulta quidem, sed imperite inepteque scripserunt, propterea magnis illis ac sapientissimis viris doctiores esse, quia nullum exstat illorum opus? Magni profecto aestimanda foret impudentia atque temeritas, si ita esset, 10 sed res longe aliter se habet. Neque enim idcirco Hyperide aut Demosthene clarior sum orator, quia praecepta artis rhetoricae trado — absit a nobis tanta temeritas — neque Platoni ignorantiae dandum est, quod disciplinarum praecepta litteris non mandaverit. Improbi certe et indocti atque amentis iudicium de maioribus nostris hoc esset. Et Demosthenem igitur 15 et Hyperidem et reliquos, quorum nomina veneramur, quamquam nihil de rhetorica arte conscripserint, iis tamen fatendum longe clariores oratores fuisse, qui eius artis praecepta tradiderunt.

Eadem ratione Plato quoque, etsi optimas artes ac disciplinas in libros 9 non redegerit, iis tamen, qui id fecerunt, doctior vel certe non indoctior 20 esse potuit. Quodsi operum Aristotelis omnium ut iam aliquorum iacturam fecissemus, exstarentque sola opera Theophrasti — nam hic etiam et copiosius et ornatus quam eius praeceptor Aristoteles scripsit pleraque etiam memoratu digna suo ingenio addidit — non ideo praeponendum esse Aristoteli Theophrastum existimares, neque alterum maledictis prosequeris, 25 alterum laudibus extolleris, quamquam pari ratione arguere tum posses. Ubi nunc de divisione, ubi de dialectica, ubi de rerum natura Aristotelis libri sunt quem ad modum Theophrasti? Nec M. Tullius, qui iudicio omnium dono quodam providentiae genitus dicitur, in quo omnes vires suas eloquentia experiretur, si familiaribus publicisque negotiis impeditus rhetoricos 30 ad Herennium non scripsisset, idcirco Quintiliano, qui multa scripsit, inferior haberetur.

### Cap. III. Illustrium auctorum et Graecorum et Latinorum pauca continens testimonia de sapientia Platonis.

Sed satis iam hanc partem, ut opinor, refutavimus. Nunc illustrium 3, 1 85 auctorum tam Graecorum quam Latinorum de Platone iudicium in medium afferamus, nec Academicorum dumtaxat, qui a Platone principe Platonici

πῶς ἂν οὐ καὶ Κικέρωνος, οὐ πάντων ὅλως τῶν γενομένων ἢ καὶ ἐσομένων ποτὲ προ-  
θείη σοφῶν; ἀλλὰ τὸ μὲν τοιαύτην αὐτὸν περὶ ἑαυτοῦ δόξαν ἔχειν οὐκ ἀπελπιστέον.  
κατερεῖ δὲ οὐδαμῶς, τοῦτο μὲν φοβούμενος, μή τι καὶ δεινὸν πάθει, εἰπῶν ἂν, εἰ καὶ  
τὸ Λατίνων γένος ὡς τὸ Ἑλλήνων ἀπέσβητ' ἂν, τοῦτο δὲ καὶ εἰδῶς, ὡς πλατὴν ὀφλήσει  
γέλωτα παρὰ πᾶσιν εἰπῶν. B V om. item Versio lat.

πατητικῶν καὶ τῆς Ἀριστοτελικῆς γενομένων αἰρέσεως, οὐ μικρὸν τοῦτο δεῖγμα κατὰ τοῦ ὕβριστοῦ τούτου ἀντιθείην. ἐστὶ γὰρ αὐτῶν οὐδεὶς ὅλως, U 12 δς αὐτὸν οὐχ ὑπεράγαται καὶ θαυμάζει καὶ θεῖον ἄνδρα νομίζει· πλὴν ὅσα τῶν Περιπατητικῶν ἐνιοὶ, οὐδὲ γὰρ οὐδ' οὗτοι πάντες, περὶ τινὰ τῶν δογμάτων καὶ τούτων ὅσα φυσικώτερα Ἀριστοτέλει μᾶλλον προστίθενται, τὰ γε δ μετατὰ τὰ φυσικὰ καὶ ὅσα περὶ τῆς πρώτης τῶν ὄντων ἀρχῆς, τὴν ἄλλην τε σοφίαν, εὐγλωττίαν τε καὶ εὐπέειαν καὶ λαμπρότητα τῶν ἡθῶν καὶ αὐτοὶ μετατὰ τῶν ἄλλων Πλάτωνι τὴν νικῶσαν ἀπονέμοντες κάκεινῳ ἐπόμενοι. καὶ διὰ τοῦτο θεῖον μὲν ἐκείνον, Ἀριστοτέλη δὲ καὶ αὐτοὶ οὗτοι οἱ Περιπατητικοὶ δαιμόνιον ἄνδρα νομίζοντές τε καὶ ὀνομάζοντες, τοῦ δαιμονίου 10 ὀνόματος οὐκ ἐπὶ διαβολῇ ὡς παρ' ἡμῖν, ἀλλ' ἐπὶ τῷ βελτίονι παρ' Ἑλλησιν ἐκλαμβανομένου, τοσοῦτῳ μέντοι τῆς τοῦ θεοῦ κλήσεως ἐλαττουμένου, ὅσα τὰ ὑπερφυῆ τῶν φυσικῶν ὑπερέχει. διὸ καὶ τὸν μὲν ὡς τὰ ὑπὸ σελήνην καὶ τὰ φυσικὰ ταῦτα, ἐν οἷς τὸ δαιμόνιον συνίσταται γένος, καὶ ὧν εἰλήχει τὴν κληρουχίαν, καθ' Ἑλληνας ἀριστά τε καὶ τελεώτατα διασκεψάμενον δαιμόνιον 15 τιμῶντες ἐκάλουν. Πλάτωνα δὲ διὰ τε τὴν περὶ τὰ θεῖα καὶ ἄϋλα καὶ τὴν τοῦ πρώτου καὶ ὄντως ὄντος σκέψιν, περὶ τε τὰ μαθηματικὰ κεχωρισμένα καὶ αὐτὰ τῆς ὕλης καὶ ἐξ ἀφαιρέσεως λεγόμενα ἐπιμέλειαν, διὰ τε τὴν τοῦ U 12<sup>v</sup> V 11<sup>v</sup> ἡθους χρηστότητα καὶ ἐκ τῶν παρόντων πρὸς τὰ θεϊότατα ἀναγωγὴν χρημάτων τε καταφρόνησιν καὶ λύσεως ψυχῆς ἀπὸ σώματος μελέτην, οὐ χειρόν 20 δ' εἶπεῖν ὡς διὰ τὴν εὐφραδίαν τε αὐτοῦ καὶ καλλιπέειαν θεῖον κοινῶς ἀπαντες ἀγάμενοί τε καὶ σεβαζόμενοι ὀνόμαζον.

Ἄλλ' ἂ μὲν περὶ τούτων γε καὶ ὅσοι Ἑλλήνων ἡμῖν μαρτυροῦσι, τί χρῆ λέγοντας εἰκῆ μηκύνειν τὸν λόγον τῶν μὲν Ἑλλήνων εἰδόντων τὰ πλείω, Λατίνοις δέ, ὑπὲρ ὧν ἡμῖν ὁ λόγος, καὶ αὐτοῦ τούτου τοῦ νῦν κατηγοροῦ 25 τῶν γε τοιούτων ἱκανοῦ ἂν μάρτυρος ἐσομένου, τοῦτό γε τὸ μέρος; φθόνῳ γὰρ Ἀριστοτέλους, φησί, τοὺς αὐτοῦ κινουμένους, τοὺς Ἑλληνας δὴ λέγων, μᾶλλον ἐκείνου Πλάτωνα ἄγασθαι. οἱ δ' ὅμως πρὸς τούτοις καὶ τῶν B 8 παρ' αὐτοῖς γενομένων δύο τῶν κορυφαίων, Κικέρωνός φημι καὶ Αὐγουστίνου, τοῦ μὲν Ἑλληνοῦ, τοῦ δ' εὐσεβοῦς τῆς θρησκείας γεγενημένου, οἷα 80 περὶ Πλάτωνος λέγουσι καὶ ὅσην αὐτῷ τὴν σοφίαν τε καὶ τῶν τρόπων χρηστότητα μαρτυροῦσι, πολλαχοῦ τῶν αὐτῶν λόγων ἀκουσάτωσαν· καὶ ὡς αἰεὶ τῶν ἄλλων αὐτῶν πολλῷ τῷ μέσῳ ἐξαίρουσι σοφῶν, οὐχὶ τὸν μὲν ἀμαθείας ὀνειδέσει βάλλοντες, ὡς οὗτός τε καὶ τινὲς τῶν ὁμοίων κακῶς ποιοῦσι, τόνδε U 18 ἐγκωμίοις ἐξαίροντες, οἰόμενοι μὴ δύνασθαι ἂν τινὰ ἐπαινεῖν, εἰ μὴ ψέγοιεν 85 ἕτερον, ἀλλὰ πάντας μὲν ἀγάμενοί καὶ ἕκαστον ἀξίως τῆς ἀρετῆς ἐπαινοῦντες, μᾶλλον δ' ἕτερον ἑτέρου θαυμάζοντες, καὶ οὕτως Πλάτωνι τὴν νικῶσαν διδόντες, ὡς τὸν Κικέρωνα »θεὸν ἐν φιλοσόφοις« καλεῖν τὸν Πλάτωνα. καὶ ἀλλαχοῦ· »πάντων γὰρ τῶν πώποτε συγγεγραφότων πολλῷ τῷ μέσῳ Πλάτων ὑπερέχει.« καὶ αὖ· »τῶν διαλέξεων τούτων εὐρετῆ καὶ ἡγεμόνι πάντων τε 40

17 μαθητικά U

B 8 Cic. De nat. deor. II. 12 | 89 Cic. Orat. 19. | 40 Cic. De orat. I. 11, 17.

nuncupantur, sed etiam Peripateticorum, hoc est eorum, qui sectae Aristotelis studiosi fuerunt, quod non leve argumentum est adversus hunc calumniatorem Platonis. Nemo quippe inter eos est, qui Platonem non probet, laudet, admiretur et divinum virum appellet, praesertim in ea parte  
 5 philosophiae, quae est de rebus divinis, in qua plus illum studii consumpsisse exploratum est. Quin etiam in rebus naturalibus nonnulli eorum facilius aliquando Platoni quam Aristoteli consentire videntur. Nam in divinis et iis, quae de primo entium principio dicuntur, item in mathematicis et oratoriis et moralibus disciplinis omnes sine controversia palmam tribuunt  
 10 Platoni eumque haud dubie sequuntur. Itaque Platonem quidem divinum, Aristotelem vero daemonium tam Peripatetici quam Platonici vocant, quod nomen a daemonibus sumptum est, quos M. Tullius lares, Apuleius modo lares, modo genios appellat. Fuit apud veteres honestum hoc nomen, quod nunc nostrae religioni infestum est, tantoque a divini nomine superabatur,  
 15 quanto res naturales divinis inferiores habentur. Nam quoniam Aristoteles res naturales orbi lunae subiectas, in quibus daemonum genus versari dicebant, optime ac diligentissime tractaverat, daemonium vocaverunt. Platonem vero, quod de rebus divinis omni vacantibus materia et de primo vero ac praecipuo ente, tum de rebus mathematicis, quae etiam omni  
 20 sequestrata materia considerantur, imprimis contemplatus fuerat, optimis praeterea moribus et virtutibus claruerat, pecunias, honores, voluptates, humana omnia spreverat, animum denique corporeis vinculis absolutum evehi ad supernas sedes voluerat, divinum esse dixerunt.

Sed quinam aut quot Graecorum illustres auctores huius rei testi-  
 25 monium praebeant, supervacuum est multis verbis referre, cum Graecis quidem id notissimum sit, Latini autem, quibus haec scribimus, vel hinc intellegere facile possint, quod hic Platonis calumniator invidia inquit suos, hoc est Graecos motos esse, ut Platonem Aristoteli praeferrent et laude digniorem existimarent. Ceterum ex Latinis audiant duo illa clarissima  
 30 lumina, M. Tullium Ciceronem et Aurelium Augustinum, quorum alter gentilis, alter in nostra religione sanctissimus fuit, et quid de Platone praedicent, quantam illi doctrinam, quos mores, quam vitae probitatem tribuant, quomodo hunc unum praeferant omnibus, animadvertant. Non illi Platonem reprehendunt, cum Aristotelem laudant, ut adversarius facit, quasi  
 35 laudari unus non possit, nisi alter accusetur, sed utrumque pro meritis extollunt, et alterum magis, alterum minus commendant, vituperant neminem. Itaque M. Tullius Platonem alibi »philosophorum deum«, alibi »illorum Homerum« appellat. Et alio loco: »Omnes, inquit, qui unquam fuerunt, magno intervallo excelluit Plato.« Item: »Harum disputationum inventori  
 40 et principi, longe omnium in dicendo gravissimo et eloquentissimo Platoni.« Et rursus: »Hoc maxime admirabar Platonem, quod in oratoribus irridendis esse ipse orator summus videbatur.« Tum: »Si Iuppiter, inquit, lingua humana uti voluisset, non aliter quam Plato ipse loqueretur.« Quid

- ἀπλῶς, πολλῶ ἐν τῷ λέγειν ὑπερέχοντι Πλάτωνι.» καὶ ἀλλαχοῦ· »τοῦτο μάλιστα ἐν Γοργία θαυμάζω τοῦ Πλάτωνος, ὅτι ἐν τῷ καταγελαῖν τῶν ῥητόρων αὐτὸς ῥητορικώτατος φαίνεται.» ἀλλαχοῦ δ' ἐτόλμησεν εἶπεῖν »τὸν Δία, εἰ ἀνθρωπίνη ἂν ποτ' ἐχρήσατο φωνῇ, μὴ ἂν ἄλλη ἢ τῇ Πλάτωνος δια-
- V 12 λεκτικῇ χρήσασθαι.» καὶ ἀλλαχοῦ· »εὐφυῖα πάντας διενεγκεῖν Ἀριστοτέλη» 5 λέγων ἐπάγει· »Πλάτωνα δὲ ἐξαίρω τοῦ λόγου.» καὶ Αὐγουστίνος δὲ ὁ θειότατος ἐν πολλοῖς τῶν αὐτοῦ λόγων τὰ αὐτὰ Κικέρωνι φησὶ περὶ Πλάτωνος καὶ αὐτοῖς σχεδὸν ῥήμασι. »δικαίως, γὰρ φησι, Κικέρων τὸν Πλάτωνα θεὸν ἐν φιλοσόφοις καλεῖ πάντας φιλοσόφους καὶ εὐφυῖα καὶ σοφία
- U 13<sup>v</sup> ὑπερβαλόντα.» καὶ ἀλλαχοῦ· »τῶν ἐν Ἀθήναις εὐπατριδῶν ὁ Πλάτων γενό- 10 μενος εὐφυῖα τοὺς συμμαθητὰς ὑπερεβάλετο πάντας καὶ μακρὰς ἐπὶ κτήσει σοφίας ἀπεδήμησεν ἀποδημίας.» καὶ αὖ· »οὐκ ἄνευ λόγου τοὺς Πλατωνικούς ἐξελεξάμην φιλοσόφους, πρὸς οὓς περὶ τῶν ἡμῖν προκειμένων διαλεξαίμην, διὰ τὸ τὸν Πλάτωνα δηλαδὴ καὶ περὶ τοῦ ἐσχάτου ἀνθρωπίνου τέλους καὶ περὶ τῆς θείου γνώσεως ἄριστα τῶν ἄλλων φιλοσόφων φιλοσοφῆσαι.» 15 καὶ ἀλλαχοῦ· »τοῦ νομοθέτου Λαβεῶνος γνώμη ἡμίθεον τὸν Πλάτωνα καλεῖ,
- B 8<sup>v</sup> θεῶν μὲν ἦτονα, ἀνθρώπων δὲ μείζονα.» καὶ αὖθις· »Ἀριστοτέλης, φοιτητῆς Πλάτωνος, εὐφυῖας γέγονεν ἄκρας, Πλάτωνος μέντοι σοφία καταδεέστερος» καὶ πολλὰ τοιαῦτα παρά τε αὐτοῖς τούτοις καὶ πᾶσιν ὄλως Λατίνοις τοῖς γε ἀρχαιότεροις εὐρήσεις. τοιαύτην τε περὶ αὐτοῦ δόξαν καὶ 20 Ἕλληνας ἔσχον καὶ Ῥωμαῖοι.
- 3 Ἀριστοτέλης μὲν οὖν ἐν τοῖς ἑαυτοῦ προβλήμασι ζητῶν, »διὰ τί πάντες, ὅσοι περιττοὶ γέγονασιν ἢ κατὰ φιλοσοφίαν ἢ πολιτικὴν ἢ ποίησιν ἢ τέχνας, φαίνονται μελαγχολικοὶ ὄντες», μετὰ πολλοὺς ἄλλους τῶν παλαιότερων ἐπὶ τοὺς νεωτέρους κατιῶν Ἐμπεδοκλῆν καὶ Πλάτωνα καὶ Σωκράτην τοῦ λόγου 25
- U 14 παραδείγματα παραλαμβάνει. καὶ λόγον ὄλον ἐγκώμιον συνέγραψε Πλάτωνος, ὡς Ὀλυμπιόδωρος ἱστορεῖ ἐξηγούμενος τὸν Γοργίαν. καὶ ἐν τοῖς ἐλεγείοις δὲ τοῖς πρὸς Εὐδήμον αὐταῖς λέξεσιν οὕτως φησὶ περὶ Πλάτωνος·
- »ἐλθὼν δ' ἐς κλεινὸν Κεκροπίης δάπεδον
- V 12<sup>v</sup> εὐσεβέως σεμνῆς φιλίης ἰδρύσατο βωμὸν 80
- ἀνδρὸς, ὃν οὐδ' αἰνεῖν τοῖσι κακοῖσι θέμις·
- ἅς μόνος ἢ πρῶτος θνητῶν κατέδειξεν ἑναργῶς
- οἰκείω τε βίῳ καὶ μεθόδοισι λόγων,
- ὡς ἀγαθός τε καὶ εὐδαίμων ἅμα γίνεται ἀνήρ.
- οὐ νῦν δ' ἔστι λαβεῖν οὐδενὶ ταῦτα ποτέ.» 85

ὁ τε Δημοσθένης μαθητεύσας Πλάτωνι πρὸς Ἡρακλεόδωρόν τινα, ἀκροασάμενον ἐπ' ὀλίγου τοῦ Πλάτωνος, εἶτα ἀτυχῶς φερόμενον καὶ καταφρονή-

88 β[ιφ] λόγῳ M

3 Cic. Brut. 31. | 5 Cic. Tusc. I. 22 De fin. V. 3. | 8 Aug. Contra Iulian. V. 15 (Migne P. lat. 44, 777) cf. De civ. dei 2, 14. | 10 Aug. De civ. dei 8, 4 (Migne P. lat. 41, 227 sq.). | 12 Aug. De civ. dei 8, 12 (Migne P. lat. 41, 236 sq.). | 16 Aug. De civ. dei 8, 13 (Migne P. lat. 41, 238). | 17 Aug. De civ. dei 8, 12 (Migne P. lat. 41, 236 sq.) | 22 Arist. Probl. A 953 a, 10—12. | 29 Arist. Fragm. 623. 1583 a.

quod Aristotelem laudans, cum ingenio cunctos illum superasse dixisset, addidit: »Platonem semper excipio.« Atqui divinus vir Augustinus eadem, quae Cicero et iisdem fere verbis multis in locis de Platone commemorat: »Merito, inquit, Cicero deum inter philosophos Platonem vocat, qui cunctos  
 5 philosophos et ingenio et sapientia superavit.« Et alibi: »Qui cum esset Atheniensis, honesto apud eos loco natus ingenioque mirabili longe suos condiscipulos praeiret, operae pretium tamen esse putans, si philosophicis disciplinis excelleret, idque sibi sufficere seipsum simul et Socraticam disciplinam deferens versus omnem oram, cuius famam alicuius nobilis scientiae  
 10 percipiendae eum comprehendebat, quam longe lateque potuit, profectus perrexit.« Item alio in loco: »Non sine ratione Platonicos elegi philosophos, quibuscum disputarem, cum ipse Plato et de ultimis hominis fine et de divina natura melius ceteris philosophis dixerit, ad haec ex sententia Labeonis semideum Platonem appellat, deo quidem inferiorem, sed homine  
 15 superiorem.« Et rursus: »Aristoteles, inquit, Platonis auditor, summo ingenio fuit, sapientia tamen Platone inferior.« Quid ego nunc Quintilianum commemorem, cuius verba haec sunt? »Philosophorum quis dubitet Platonem esse praecipuum, sive acumine disserendi, sive eloquendi facultate divina quadam et Homericam? Multum enim supra prosam orationem, et  
 20 quam Graeci pedestrem vocant, surgit, ut mihi non hominis ingenio, sed quodam Delphico videatur oraculo instinctus.« Quid Plinium, quid Apuleium adducam, qui multis in locis non modo vitam et mores et sapientiam Platonis laudant, extollunt, admirantur, sed etiam plenam illam orationem similem nivibus hibernis, crebram, assiduam, largam, postremo divinam  
 25 atque caelestem? Multa sane in hunc modum tum apud philosophos, tum apud ceteros Latinae linguae veteres auctores reperiuntur, ex quibus constat, quale Latinorum de Platone iudicium fuerit.

Quid autem Graeci senserint, imprimis ab ipso Aristotele licet intellegere. Hic cum in problematibus quaereret, »cur ii, qui in philosophia  
 30 vel poëtica vel liberalibus disciplinis vel etiam rei publicae administratione claruerunt, melancholici fuerint«, postquam enumeratis plerisque antiquis ad iuniores descendit, Empedoclis et Platonis et Socratis exemplo usus est. Quin etiam praeclaram orationem de laudibus Platonis conscripsit, ut Olympiodorus refert. Et in elegiis ad Eudemum haec de Platone cecinit:

35           »Cecropis ad claras venerat usque domos  
           Dulcis amicitiae. Mox illi condidit aram,  
           Quem laudare nefas ora profana foret.  
           Qui solus vita, doctrina, moribus, ore  
           Admonuit cunctos et monumenta dedit,  
 40           Ut virtute queant felicem ducere vitam.  
           Nulla ferent talem saecula futura virum.«

Demosthenes vero, qui Platonis discipulus fuit, scribens ad Heracleodorum

σαντα τῶν λόγων, γράφων ἐπιπλήττει αὐτῷ λέγων· οὐκ αἰσχύνῃ παιδείας καταφρονήσας· καὶ λόγων, ὧν Πλάτωνος ἠκροάσω; καὶ Ἀντίπατρον φεύγων πρὸς Ἀρχίαν τὸν ἀπάγειν αὐτὸν ἐκ Καλαβρίας βουλόμενον ὡς Ἀντίπατρον· εὐσχήμονος φησὶ θανάτου Δημοσθένης βίον ἀσχήμονα προκρινεῖ τῶν Ξενοκράτους καὶ Πλάτωνος ὑπὲρ ἀθανασίας λόγων ἐκλαθόμενος. ὃ τε Φιλίσκος 5 πὸν τοῦ Λυκούργου τοῦ ῥήτορος γράφων βίον φησὶν· »ὅτι μέγας γέγονε Λυκοῦργος καὶ πολλὰ κατώρθωσεν, ἀ οὐκ ἔστι δυνατὸν κατορθῶσαι τὸν μὴ ἀρκοασάμενον τῶν λόγων τοῦ Πλάτωνος».

- 4 Καὶ οὗτοι μὲν τοιοῦταί γε ὄντες τοιαῦτα περὶ Πλάτωνος φρονοῦσι καὶ οὕτως αὐτὸν σέβουσιν. / ὁ δὲ νέος οὗτος συκοφάντης οὐδὲ παιδὶ ἄρτι παιδείας 10 ἡμμένῳ αὐτὸν ὁμοιον ἡγηται. καὶ τοῦτο ποιῶν ἡγεῖται τιμὴν φέρειν Ἀριστοτέλει, τοιοῦτῳ καὶ οὕτως ἀμαθεῖ, ὡς αὐτὸς οἴεται, παραβάλλων ἐκεῖνον, U 14<sup>v</sup> τοῦτό γε οὐ κατὰ ῥητορικὴν, ἣν καὶ ἐπαγγέλλεται, ποιῶν. τίμιος γὰρ ὁ B9 σοφοῦ καὶ σπουδαίου προέχων ἀνδρὸς, οὐχ ὁ ἀνδραπόδου αἰσχίστου βελτίων οὗτος θαυμάζεσθαι ἄξιος ὄλως. ἡ ὑπεροχὴ γὰρ οὐχ ἡ τοῦ χειρίστου, ἀλλ' ἡ 15 τοῦ βελτίστου ἐπαίνων ἀξία. καὶ ὡς ἔοικεν, οὐδὲ ῥητορικῆς αὐτῆς, περὶ ἣν καὶ μόνην ἐσχάλασε, τὸ ὅλον, ἀλλὰ τὸ χεῖρον μέρος ἐκμαθῶν καὶ τὸ ψέγειν ἐκμελετήσας ἐγκωμίων νόμους ἀγνοεῖ ὄλως. ἐκεῖνο γὰρ ἴσως αὐτοῦ μόνον τῇ φύσει συμβαίνει, καίτοι οὐδ' ἅπας ψόγος πιθανός, εἰ μὴ καὶ μετὰ τέχνης γίνοιτο. καὶ πιθανώτερος, φορητότερός τε ἦν ἂν αὐτῷ ὁ λόγος, εἰ καὶ πάν- 20 τως ἐπεθύμει Πλάτωνα ψέξαι, εἰ μετριώτερος περὶ τὰς ὕβρεις ἐγένετο, εἰ μὴ πάντῃ τὰναντία τῇ κοινῇ περὶ αὐτοῦ Πανελλήνων ἔγραφε ψήφῳ, ἀλλὰ τὰ μὲν ἀφῆρει, τὰ δ' ἐνεχώρει αὐτῷ τῶν καλῶν καὶ Ἀριστοτέλει τὰ προ- τεῖα διδούς τῶν γούν δευτερείων Πλάτωνι συνεχώρει. ὑπὸ γὰρ ἀπληστίας τῆς περὶ τὴν Πλάτωνος λοιδορίαν ὀρέξεως ἀπιθανώτατός τε αὐτῷ ἐγεγόνει 25 ὁ λόγος καὶ ὄλως ἀσύστατος, Σωκράτην πλάττων πορνοβοσκοῦντα καὶ Ἀρι- U 15 στείδην ἀδικοῦντα. τοσαῦτα γὰρ ἀκαίρως τε καὶ ἀτάκτως συνεφόρησεν, ὡς πάντα ἐκκενωθῆναί τε καὶ ἐξεμεσθῆναι αὐτῷ, ὡς περ οἱ δι' ἀδηφαγίαν καὶ τὰ ἀρχαῖα ἀποβαλλόμενοι τοῦ στομάχου ἐκπίπτοντα. ὥστε τούτου αὐτοῦ μόνου ἕνεκα χάριτας αὐτῷ ὁμολογητέον, ὅτι γε ψεύδεσθαι μέλλων οὕτως 30 σφόδρα καὶ ἀναίδην τοῦτο πεποίηκεν, ὡς μὴ εἶναι μηδένα, ὃν ἂν λάθοι V 18 ψευδόμενος, καὶ οὐ κρίσει καὶ ἀληθείᾳ, ἀλλ' ἔχθρα σαφεῖ καὶ ἀσπόνδῳ, μίσει τε, εἰ μὴ αὐτοῦ, ἀλλὰ γε δι' αὐτὸν ἑτέρου του κινούμενος, εἰπὼν ἀ εἶπεν. ἦττον γὰρ κατὰ τὸν εἰπόντα τὸ σφόδρα λοιδορεῖσθαι τοῦ μέσως ἐπαι- νεῖσθαι κακόν, ὡς τοῦ μὲν μίσους ἀσπόνδου καὶ ἀκηρύκτου ἔχθρας, τοῦ δὲ 35 μέσως ἐπαινεῖσθαι φιλίας μὲν τοῦ λέγοντος, ἀπορίας δὲ τοῦ μὴ ἔχειν, ὃ ἂν ἐπαινέσειεν, σαφεστάτου ὄντος σημείου.

- 5 Καίτοι καὶ ἄλλως, εἰ θαύματος μὲν καὶ ἐπαίνου, τιμῆς δὲ πάσης ἄξιος Ἀριστοτέλης, ὡς περ οὖν καὶ ἔστιν, αὐτὸ τοῦτο καὶ Πλάτωνα οὐκ ἐλάττωνος, ἀλλὰ καὶ ἴσου ἢ καὶ μείζονος ἄξιον ἐπαίνου παρίστησι παρά γε 40 τοῖς εὖ φρονοῦσι καὶ κρίνειν εἰδόσι τὰ πράγματα. καὶ ὅσῳ χάριτας ὁμολογητέον Ἀριστοτέλει, ὧν ἡμᾶς εὖ πεποίηκε τοῖς τοσοῦτοις καὶ τοιοῦτοις συγγράμμασι, τοσοῦτῳ καὶ Πλάτωνι τὰς ἀπαρχὰς τούτων ἀποδοτέον, αἰτίῳ

- quendam condiscipulum suum atque eum reprehendens, quod postquam Platonem audierat, neglegeret bonas artes et vitam parum honeste duceret: »Nonne, inquit, erubescis ea neglegere, quae a Platone accepisti?« Idem cum Antipatrum fugeret, Archiae blandis verbis se ei vitam servaturum  
 5 pollicenti: »Absit, inquit, ut vivere turpiter malim quam honeste mori, postquam Xenocratem et Platonem de immortalitate animi disserentes audivi.« Philiscus quoque Lycurgi oratoris vitam describens: »Magnus vir, inquit, fuit Lycurgus, multaque sunt ab eo gesta praeclara, quae facere nemo potuisset, qui non fuisset Platonis auditor.«
- 10 Haec sunt, quae de Platone tanti tamque excellentes viri sensere. At novus hic reprehensor ne puero quidem, qui vix prima elementa degustarit, doctiorem existimat Platonem fuisse, et tamen Aristotelis gloriam augere se putat comparans eum homini, ut ipse opinatur, rudi atque indocto. Enimvero nimia calumniandi aviditate obcaecatus, quid dicat, non  
 15 animadvertit nec intellegit scripta sua ne verisimilia quidem esse nec aliquo modo sibi constare. Quippe Socratem lenonem, Aristidem iniquum facit. Tot praeterea tam temere, inepte, inconstanter absque ullo ordine maledicta profert, ut quodam quasi morbo improbitatis evomere omnia videatur instar eorum, qui adversa valetudine laborantes nihil cibi stomacho retinent.  
 20 Verum dignus certe est, cui ob hanc unam rem gratias agamus, siquidem tam importuna, tamque audaci et proterva lingua in Platonem invectus est, ut manifestum omnibus fecerit se non aliquo iudicio recto, sed temerario quodam impetu in tantam verborum obscoenitatem prorupisse. Praestat enim, ut Favorinus inquit, graviter et supra modum vituperari, quam exigue  
 25 frigideque laudari, quoniam qui maledicit et vituperat, quanto id acerbius facit, tanto magis se iniquum inimicumque ostendit et propterea non meretur fidem; sed qui ieiune atque exigue laudat, amicus quidem videtur esse eius, quem laudat, sed a causa destitui et nihil, quod vere laudari possit, invenire.
- 30 Atqui si Aristotelem, ut certe dignum est, laudemus atque admiremur, non propterea Platonis gloriae aliquid detrahimus, immo si recte iudicetur, eam potius augemus. Quamvis enim agendae Aristoteli gratiae sint pro tot operum beneficiis, quae nobis et posteritati reliquit, non minores tamen agendae sunt Platoni, qui ut id praestare Aristoteles posset, effecit. Scilicet  
 35 ille talem nobis Aristotelem reddidit, ille ingenium eius coluit, ille eum omnibus disciplinis ornavit, illo uno praeceptore usus est Aristoteles, illum non quinquennio aut decennio, sed viginti continuis annis audivit. »Nam

2/5 καὶ Ἀντίπατρον — ἐκλαθόμενος U<sup>x</sup> in marg. B V in textu | 6 δ τε U<sup>x</sup> corr. ex καὶ | Φιλίσκος δὲ U, δὲ del. U<sup>x</sup> | 6 τοῦ ῥήτορος B V] U om. U<sup>x</sup> superscriptis | 24 ὑπὸ γὰρ V] B<sup>2</sup> corr. ex νῦν δὲ ὑπὸ B U ὑπὲρ Z | 25 Πλάτωνος V] U om. B<sup>2</sup> superscriptis | 35 μέσους BV] U<sup>x</sup> corr. ex λόγου

1 cf. Demosth. Ep. ε. | 6 Olympiodor. In Plat. Gorgiam p. 515 d.



- B<sup>9v</sup> U<sup>15v</sup> ἡμῖν γενομένῳ τῶν Ἀριστοτελικῶν τούτων συγγραμμάτων. ἐκεῖνος γὰρ αὐτὸν ἡμῖν τοιοῦτον ἐδημιούργησεν. ἐκεῖνος αὐτὸν πᾶσαν σοφίαν ἐμύησεν. 5 ἐκείνῳ διδασκάλῳ καὶ μόνῳ Ἀριστοτέλῃ ἐχρήσατο. ἐκείνου οὐ πέντε ἢ δέκα, ἀλλ' ὅλους εἴκοσιν ἐνιαυτοὺς διήκουσεν. »ὁ γὰρ τὰ σπέρματα παρασχών, οὗτος καὶ τῶν φύντων αἴτιος«, Δημοσθένῃς φησί. καίτοι τί νομίζεις αὐτὸν ἄνδρα εὐφυέστατον καὶ ἀγγλίνου τοσοῦτον ἐκείνου ἀκούοντα διατριῖψαι χρόνον, εἰ μὴ μεγάλης τινὸς ἦσθετο ἑαυτὸν τυγχάνοντα ὠφελείας, εἰ μὴ τὸν καθηγεμόνα ἐπὶ σοφίᾳ ἐθαύμαζε; συγχωρήσαις γὰρ ἂν καὶ αὐτὸς ἐμοῦ καὶ σοῦ καὶ παντὸς ἄλλου αὐτὸν Ἀριστοτέλῃ ἔτι περὶ τὰ μέσα τῆς τριβῆς ὄντα, βελτίονα ἂν καὶ ἀδεκαστότερον γεγονέναι κριτήν, οὐχὶ συγγραμμάτων τινῶν 10 ἀψύχων, οἷς ἡμῖν μόνοις ἐντυχεῖν ἔξεστιν, ἀλλ' αὐτοῦ ἐκείνου Πλάτωνος ζῶντος συνόντος καὶ πείραν τῆς σοφίας παρέχοντος. ἀλλ' ὅμως οὐκ ἀπέστη, οὐδ' ἀπειπήδησεν ἐκείνου, οὐδ' ἀπιῶν ὄχετο καταφρονήσας τῆς ἀμαθίας αὐτοῦ, ὃ σὺ ἐποίησας ἂν καὶ νῦν ποιεῖς, οὐκ οἶδ' εἰ ἐκείνου ἢ σαυτοῦ μᾶλλον καταγελῶν. ἀλλὰ καίτοι τοιοῦτός γε ὢν, ὡς τὸν Πλάτωνα ἀναγνώστου 15 οἶκον τὸ ἐκείνου καλεῖν οἶκημα καὶ αὐτῷ τῷ Ξενοκράτει παραβάλλοντα τοῦτον μὲν κέντρον, ἐκείνον δὲ χαλινου δεῖσθαι λέγειν διὰ τὴν περὶ πάντα ὀξύτητα αὐτοῦ καὶ ἀγγλίνου, καὶ ἐνέμεινε καὶ εἰκοσαετίαν ὅλην ἐκείνου ἀκούων διέτριψε καὶ ἐκείνῳ μόνον περὶ πάντα ἐχρήσατο διδασκάλῳ, πλὴν ὅσα κομιδῇ παῖς ὢν ἔτι ζῶντος Σωκράτους ἐπὶ τρία ἔτη παρ' ἐκείνον ἐφοίτησε. 20
- Καίτοι οὐδ' ἔστιν εἰπεῖν, ὡς ἄνευ βιβλίων τότε τῆς διδασκαλίας γινόμενης βραδύτερον ἐπαιδεύοντο οἱ φοιτηταί, καὶ τοῦτο τῆς τοσαύτης τοῦ χρόνου τριβῆς παρὰ τοῖς διδασκάλοις αἴτιον. τούναντίον γὰρ ἔστιν ἀληθέστερον, καὶ οὕτως ἡμῖν ἢ πείρα δείκνυσιν ἐφ' ἐκάστου. πολλά τε γὰρ ἡμεῖς ἐν βίβλοις πολλῶν πόνῳ ζητοῦμεν καὶ ἢ οὐδ' ὅλως ἢ διὰ χρόνου μόλις εὐρίσκομεν, 25 ὃ ἂν ἡμῖν ἀπὸ φωνῆς τάχιστα τε καὶ σαφέστατα ὁ καθηγητῆς παρέδωκεν ἂν. τά τε ἐφ' ἐκάστης ἡμέρας ἀγράφως ὠμιλημένα εὐθύς τὸν ἀκούσαντα ἐκμελετήσαι τε καὶ τῇ διανοίᾳ ἐνθεῖναι καὶ ἐκμαθεῖν ἀνάγκη, ἔτι ἅπαξ ἢ
- B<sup>10</sup> καὶ δις τὸ πλεον ἐπανερωτήσαντα, εἴ τι ἐπιλέλησται· ὃ ποιῆσαι οἱ εἰς βιβλίον ἐλπίζοντες εἰς τὸ ἐπιὸν αἰεὶ ὑπερτιθέμενοι ἔστιν ὅτε οὐδέποτε ποιούσιν. ὥστε 30 καὶ αὐτῷ τῷ ἀπὸ φωνῆς ἀκούειν πολλῶν πλείω τότε οἱ ἀκροαταὶ καὶ τάχιον
- U<sup>16v</sup> ἐδιδάσκοντο, καὶ ἡ τοσαύτη τοῦ χρόνου τριβὴ καὶ τοῦ διδάσκοντος καὶ τοῦ μανθάνοντος μεγάλης σοφίας ἐστὶ σημεῖον.
- 7 Ταῦτα δὴ πάντα οὐκ ἀμαθίας τῆς Πλάτωνος, ὡς αὐτὸς ἂν φαίης, ἀλλὰ καὶ μεγίστης σοφίας οὐκ ἔτι δείγματα καὶ τεκμήρια, ἀλλ' ἤδη καὶ ἀποδείξεις 35
- V<sup>14</sup> εἰσὶ παρὰ εὐγνώμοσιν ἀκροαταῖς. τιμητέος τοίνυν Θεόφραστος πολλῶν πλείω καὶ οὐδαμῶς χεῖρω τοῦ διδασκάλου Ἀριστοτέλους συγγεγραφώς. ἐπαινετέος δὲ πρὸ αὐτοῦ καὶ Ἀριστοτέλης, καὶ εἰ μηδὲν αὐτοῦ εἶχομεν ὡς ἡμᾶς ἀφιγμένον σύγγραμμα, δήλου γε ὄντος τοῦ τὸν Θεόφραστον ἐκείνου γενέσθαι ἀκροατῆν. ἀγαστέος δὲ καὶ Πλάτων πρὸ αὐτῶν, ὁ μέγας, ὁ Ἀριστοτέλους καθηγεμῶν 40 καὶ τῶν ἐκείνου λόγων πατήρ, καὶ εἰ μηδὲν περὶ γε τῶν ἐπιστημῶν ἡμῖν ἐκεῖνος ἴδιον καταλελοιπεί. τὰ γὰρ Ἀριστοτέλους καὶ ἐκείνου ἂν εἰκότως εἶναι κριθεῖεν. ἐκεῖνος γὰρ ὁ τὰ σπέρματα παρασχών, ἐκεῖνος τῶν φύντων αἴτιος.

qui semen, ut Demosthenes ait, terrae committit, is causa est, ut fruges oriantur.« Quomodo autem potuisset Aristoteles, praestantis vir ingenii, tot annos Platonem audire, nisi fructum se percipere maximum ex Platonis doctrina sensisset, nisi Platonis scientiam probandam expetendamque duxisset? Etenim hoc ne adversarius quidem negare ausit Aristotelem, cum medio spatio Platonem audiret, melius quam ego, quam ipse, quam ceteri omnes potuisse de Platonis scientia iudicare, non litteris quibusdam inanimatis, ut nos facimus, sed voce ipsius Platonis vivi atque praesentis. Nec tamen destitit ab inceptis nec spreto Platone tamquam rudi et indocto scholam eius deseruit, sed perseveravit audiendo eum et doctrinam eius admirando, quam tu contemnis atque irrides, homo potius ab aliis irridendus. Aristoteles igitur, etsi talis erat, ut domum eius studiosissimi lectoris sedem Plato appellaret, et cum aliquando eum cum Xenocrate conferret, hunc quidem calcaribus, illum vero freno diceret indigere, tanto erat ingenii acumine praeditus, tamen viginti integris annis Platonem audivit eoque uno praefectore usus est, praeterquam quod Socratem triennio admodum adulescens audierat, antequam se ad Platonis gymnasium conferret.

Neque dici potest propterea tantum temporis Aristotelem in audiendo Platone consumpsisse, quod ea tempestate sine libris docere mos erat, cum e contrario experiamur maiori facilitate quamvis artem sine libris quam cum libris percipi posse. Multa sunt enim, quae cum in libris magno studio ac labore quaeramus, aut nunquam aut vix tandem invenimus, at praefectoris voce celerrime apertissimeque accipimus. Natura etiam ita comparatum est, ut quae sine scriptis audimus, continuo memoriae commendamus, eamque ne forte oblivio subrepat, assidua meditatione exerceamus. Maiorque fiat in hunc modum brevi tempore profectus, quam si in diem, ut fit, distulerimus sperando posse, cum libuerit, ea quae in libris servantur, repetere. Itaque tanta in audiendo mora non librorum inopiam significat, sed doctrinae magnitudinem, quam nisi longo temporis intervallo assequi non licebat.

Haec igitur non ignorantiae Platonis, sed singularis doctrinae ac sapientiae argumenta sunt, modo aequi sint iudices nec instar adversarii sine ratione huc atque illuc, prout fert animi libido, ferantur. Ergo laudandus est Theophrastus, qui multo plura nec deteriora quam eius praefector Aristoteles scripsit, sed magis laudandus Aristoteles, etiamsi nulli eius libri exstarent, modo constet eum Theophrasti praefectorem fuisse. Maxime autem omnium laudandus admirandusque Plato, magnus Aristotelis praefector et doctrinae illius parens, quando etiam nullum disciplinarum eius vestigium superesset, quoniam Platoni iure optimo tribui debent, quae Aristoteles scripsit, siquidem ut ita Aristoteles scriberet, ille auctor fuit.

84 Πλάτωνος] M add. τοῦ | 88 εἶχομεν B V] U<sup>x</sup> corr. ex εἶδομεν

4 Demosth. De corona 159.